

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7442

**Autre(s) référence(s) :** Round 43, 139

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1185-1189]

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation d'un accord conclu entre Gautier, archevêque de Rouen, et Henri, abbé de Fécamp, au sujet de l'absolution d'un moine de Fécamp résidant à « Aviscus mons », qui avait accueilli des excommuniés dans cette église.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCLXIII, t. 2, p. 415-416.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 43 et 139.

## Dissertation critique

« 1185–1189? » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 415. Gautier de Coutances, archevêque de Rouen depuis le commencement de 1185. Robert Fils de Guillaume, archidiacre de Nottingham depuis 1186-1187.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis quod controversia que vertebatur inter Walterum, Rothomagensem archiepiscopum, et Henricum, abbatem Fiscannensem, super quodam monacho Fiscanni, manente apud Aviscum Montem, quem archiepiscopus excommunicaverat, quia asserebat eum recepisse excommunicatos suos in ecclesia de Avisco Monte dum ibi divina celebrarentur, et eis communicasse, utraque parte in me compromittente sic sopita est, quod ego, habito consilio cum episcopis et baronibus meis, ita super ea pronunciavi, videlicet quod prefatus monachus absolutionem ab archiepiscopo peteret, et archiepiscopus eum sine juramento et pena absolveret, et quod altaria a

jamdicto archiepiscopo diruta et ab abbate postea reparata iterum ab eodem abbate diruerentur et ab ipso postea relevarentur, et episcopus Ebroicensis ad predictam ecclesiam reconciliandam aquam benedictam ferret vel deferri faceret, et quod nullus monachus prefate domui preficeretur, qui prius coram archiepiscopo vel ejus officiali, si archiepiscopus absens fuerit, non juret quod excommunicatos archiepiscopi in ecclesia sua scienter non recipiet nec eis communicabit, nec sententias quas archiepiscopus in suos parrochianos dederit inpediet aut infringet, sed quantum ad se pertinet juvabit ut teneantur. Hec autem omnia facta sunt salvo jure utriusque ecclesie, ita quod hoc factum in posterum non obsit nec obesse possit juri vel privilegiis alterutriusque ecclesie.

Testibus : H. episcopo Dunelmensi, Roberto Filio Willelmi archidiacono de Notingeham, Willelmo clerico de Camera, comite Willelmo de Mannevilla, Willelmo Filio Radulfi senescallo Normannie, Rogero Filio Reinfredi, Seer[io] de Quinci, Hugone de Creissi.

Apud Rothomagum.